



lana, in prin. Albericus Gentilis in episcopo de linguarum mixtura, Bzovius de signis Ecclesiarum, l. 6. c. 5. Solorz. 2. 2. l. 1. c. 24. Germon, pomerii, f. 11.

3. Varios ritus. Isti sunt Graeci, qui licet veram, ac Catholicam religionem profiteantur, diversos tamen ritus in collatione sacramentorum, & in sacrificio Missae observant, ut jam notavi in c. cum secundum, de temp. ordin. & de eis speciale editit librum Archidius. Servandi autem sunt huiusmodi diversi ritus, dum ecclesiastica disciplina, Ecclesiaeque legibus contrarii non sint, alias neququam permitti possunt, c. si de Episcopo Pontificis, l. Id est Episcopi, ut jam fere saepius in hoc opere notavi, praecipuis in c. 1. de postulat. Pralat.

4. In lingua videlicet, seu idiomate illorum, quos caelesti pabulo alere debent: necessarium enim est, ut qui Ecclesiae regimini praeficitur, intelligat linguam subditorum, ipique eum percipiant, tum ob administrationem Sacramentorum, tum ob praedicationem verbi Dei in Ecclesia, juxta illud Apostoli ad Corinth. c. 14. Data est nobis lingua ad interpretandum. Et ibi: Si nascero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus. Quia auctoritate nititur regulari Cancellariae de idiomate, ut pro eius expositione jam notatur Ludovicus Gomez, & Mandosius. Didacus Perez in l. 14. tit. 4. ordin. Salcedo in Praxis, c. 57. n. 7. unde recte in praefati statuitur, ut in populis, ubi degunt fideles diversi idiomatis, viri idonei, id est linguarum periti, eligantur ad Sacramenta administranda. Illustrant Frances de Eccles. Cathed. c. 6. n. 175. Solorzan. 2. 2. l. 3. c. 15. n. 76.

5. Linguarum. Licet enim leges, & constitutiones ecclesiasticae promulgari debeant idiomate illorum, ad quos diriguntur, Clem. ne in agro, §. sane, de statu monach. ibi, Propter ianitorum, qui videri voluerit exponatur, & autem, de non alienandis, qui permittuntur redire Ecclesiae, §. nos igitur, ibi: Haec promulgationis, & non patris voce legem concepit, sed haec commentum, & Graecis, ut omnia sit nota, propter factam interpretationem: quia Principes subditos legibus dirigere, non illaqueare intendit, c. de iudicio, 2. 2. q. 1. unde si lex mittenda, dirigenda, que est ad Orientales, Graecis verbis explicanda, c. in nomine, ibi: Haec ergo epistolam hinc inde Graecis litteris munire de crevisimus, c. c. sanctissimo, 74. d. plura tradit Franciscus Valens in concordia juris, 2. 1. pag. 375. & ea, quae a populis recitari debent, vernacula lingua sunt proferenda. Conc. Turon. 3. sub Carolo, in illis verbis: Ut casum hominis quique aperte transferre studuit in rusticam Romanam linguam, aut Theobryticam, quo facilius caecis possit intelligere, qui dicuntur, quem canonem docte exponit Bernardus Aldrete in origine lingua Cassel. c. 12. circa finem, tamen Sacramenta, & Missarum solemniam non sunt celebranda vulgari lingua, ut probant Bell. 2. 2. c. 2. de sac. c. 31. Carriet. c. 2. Diglossi Fides, pag. 541. & nos in c. 12. de heret. Unde praefatus textus non ita accipiendus est, ut in eo permittatur PP. Sacramenta, & Missarum solemniam vulgari lingua celebrare, sed ut apud Latinos Latino sermone, apud Graecos Graeco, non vulgari, sed eo, quo ipsi in liturgiis utuntur, celebrarentur.

6. Verbo pariter. Juxta Tr. f. 24. de reform. c. 7. ubi: Ut praerogati rochi explicent lingua vernacula, si opus sit, sacramentorum vim & usum, & salutis monia eadem lingua vernaculam, cula singulari diebus festis, & solemnioribus explanent.

7. Prohibemus autem. Hanc eandem prohibitionem sanxerunt PP. & Ecclesiae Proceres in c. in singulis, 2. v. in singulis, 80. d. c. §. 8. l. 9. 7. c. in apibus 7. q. 1. c. §. cum 19. 16. q. 7. Hill. ep. 1. c. 4. Praecipuum est, ne duo simul sint in una Ecclesia sacerdotes. Idem ep. 3. ad Africanum Episcopatum, ibi: Ne unus Ecclesia duo esse permittatur Antistites. Conc. Cabil. 2. can. 4. Duo in una civitate penitus uno tempore neque ordinentur, neque habeantur Episcopi. Nicanum 1. can. 8. Damasus ep. 4. ad Chorazicos Episcopi. Illustrant suis commentariis Accuna in d. c. illis, Filescus in praesenti, Ant. Aug. in ep. l. 4. tit. 23. Lemaitre de instr. Episc. l. 2. c. 5. & de verbis Eccles. l. 2. c. 12. Cirionis ad tit. de clericis egrot. Justelus in notis ad can. 10. Concilii Nicaneni, Haliclerus de instr. Episc. pag. 51. Diana p. 12. tr. 1. res. 73. per rotam. Mendoza l. 1. Conc. Militer, c. 1. pag. 11. Julius Lavorus de elec. c. 1. Barbosa de post. Episc. tit. 1. c. 3. Darts ad Decretum, in d. 89. d. Azor. l. 2. instr. l. 4. c. 12. Sanderus de visibili monarch. l. 3. c. 9. P. Greg. l. 5. de Reipub. c. 3. §. 4. Solorzanus de iure Indiar. 1. 2. l. 3. c. 21. n. 58. Baronius anno 45. n. 14. & anno 58. n. 3. & anno 69. n. 35. & anno 109. n. 55. & anno 154. n. 70. Turrianus l. 2. pro ep. Pontif. c. 16. §. l. 5. c. 10. Valquez 3. p. in 3. disp. 141. c. 1. n. 8. Christ. Lup. ad can. 6. Concilii Nicaneni.

8. Contrarium tamen, imo in una diececi duo Antistites praesse posse, probatur sequentibus fundamentis. Primo, nam Apostoli veri, propriique Episcopi, in quorum locum Episcopi ordinati fuerunt, etiam post provincialium divisionem, in una civitate non unus tantum verus Praeful, verum & plures divina officia, atque sacramenta celebrabant, administrabantque: in civitate enim Hierosolymitana, ubi Jacobus proprius Episcopus constitutus fuit, reliqui etiam Apostoli curam animarum gerebant, ut refertur Actuum Apostol. c. 6. & 15. Et in urbe Antiochena postquam D. Petrus Cathedram erexit, & D. Paulus, & Barnabas cum eo erant. Actuum c. 13. igitur similiter Episcopi, ut eorum successores, & vitae sectatores, plures possunt constitui in uno Episcopatu. Accedit usus Ecclesiarum: nam plures Episcopos jam olim in una Ecclesia ordinatos legitimus in c. non autem 7. q. 1. c. 7. penult. 21. q. 1. & in Hispania nostra est pervetusta, & celebris in Asturibus civitas Ovatum dicta, quae communiter ab antiquis appellabatur ci-

vitas Episcoporum: igitur quia in una civitate ordinarum possunt plures Episcopi. Folcitur secundo haec difficultas ex eo, quia illi possunt, & debent, ut Praefules constitui in singulari civitate per quos rectius, & facilius, tam in spiritualibus, quam temporalibus saluti Fidelium consilii possit: sed multo melius per duos, quam per unum necessitatis Fidelium providebitur, argumento capitis praedictum 21. veris. Ille quippe, de officio deleg. igitur duo possunt, uno debent ordinari Episcopi in qualibet civitate. Tertio augetur haec difficultas ex eo, nam si duo Episcopi non possunt esse in una diecesi, maxime ne jurisdictioni unius territorii penes duos divideret: sed jurisdictioni ordinariae, aut delegatae, in una, eademque civitate potest esse penes duos, l. nulli 3. ff. quod cuiusque sensus. l. duo ex tribus, ff. de re jud. ad litem edito, c. licet 30. de offic. deleg. c. ut. de re judic. igitur non est ratio, quare duo Episcopi in una diecesi ordinari non possunt.

9. His tamen juris fundamentis in contrarium iactis non obstantibus, vera est praefatus prohibitio, quae jam a temporibus Apostolorum viguit, ut constat ex c. in illis, 80. d. Et licet tantum juris positivi sit, rationi tamen naturali valde consonat, ut Pontifex in praefati ait, in illis verbis: Tamquam unum corpus diversa capita, quasi monstrum. Potestas enim cuiuslibet communitatis, vel corporis ficti, ad similitudinem corporis naturalis introducta est, ut constat ex aequiparatione, qua utitur Apostolus ad Rom. cap. 12. Ita unum corpus sumus in Christo. Sed in corpore naturali verum tantum reperitur caput, cui omnia membra subsunt: igitur similiter in ficto mystico unum tantum corpus dari valet, cui alia membra praerant, ne in corpore morali spirituali monstrum detur. Ita exponunt praefata verba Abbas in praefati, n. 4. Antonius, n. 7. Cardinalis n. 1. & late illustrat Theophilus to. 10. tract. de iurisdictione Ecclesiae, punto 2. Unde D. Hieronymus eleganter ait in c. in apibus 7. q. 1. in apibus Princeps unus est, graves unam sequuntur ordine, litterario, imperator unus, iudex unus Provinciae. Roma ut condita est, duas fratres simul habere Regem non potuit, & paritudo dicitur. In Rebecca usque Elyna, ff. de iud. bella gesserunt singuli Ecclesiarum Episcopi, & singuli Archiepiscopatus, singuli Archiepiscopatus, & omnis ordo ecclesiasticus fuit. Reitoribus nititur. Quare inter tres regnandi, & gubernandi modos, monarchiam videlicet, aristocratiam, & democraticam optimum esse monarchiam, cum videlicet unus tantum praesit, docuerunt Govarr. in regula peccatorum, 2. p. 9. Turcemetani l. 2. l. 1. m. c. 3. Azor. 2. 2. moral. lib. 4. c. 13. Sanderus de visibili monarch. l. 3. c. 9. Bellar. l. 1. de Rom. Pontif. c. 15. Simanehas de republ. l. 3. c. 2. §. 3. Pet. Greg. ed. 1. l. 5. c. 3. §. 4. & l. 3. c. 13. plures congeci a Solorzan. l. 2. de iure Indiar. l. 1. c. 21. n. 58. Recte ergo in praefati constitutione statuitur, in una diecesi unum tantum Episcopum ordinari debere. Accedit ratio matrimonii spiritualis, quod contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam, & inter de translat. Episc. si quidem in matrimonio carnali unus tantum debet copulari cum una, c. 1. de sponsa dorum, etiam in matrimonio spirituali idem observandum est, ut vult videlicet Apulites cum unica Ecclesia matrimonium celebrat.

10. Nec obstant argumenta, quae in contrarium expendebamus. Non primum petimus ex exemplo Apostolorum, nam licet in civitatibus Hierosolymitana & Antiochena, ubi jam praefati erant Divi Jacobus, & Petrus, alii etiam Apostoli essent, & divina officia celebrarent, tamen ea munia non exercebant, ut Episcopi proprii civitatis, nec aequali iure, aut auctoritate: solus enim, ut Episcopus, ille administrabat, qui in ea ordinatus, & praefatus erat: alii vero tantum, ut sacerdotes, aut coadiutores administrabant, ut late probat Halicler. de instr. Episc. pag. 55. Nec augmentum deducimus ex d. c. non autem 7. q. 1. c. 7. penult. 21. q. 1. obstat, in illis enim, & aliis auctoritatibus concessis a Gratiano in eisdem questionibus, datur duo Episcopi in eadem Ecclesia, non utique principaliter, sed unus, ut Episcopus, alter vero, ut vicarius seu coadjutor. Nec quod appellatur de Ecclesia Orientis, refragatur; non enim ita appellatur ab historicis Hispania scriptoribus, quia eius cathedram plures simul Episcopi rexisserit, sed quia illa aylum fuit, & receptaculum plurium Episcoporum; cum enim Hispania invaderetur, occuparentque ab Africanis, omnes in Asturiam partes confingentes Episcopi propriis sedibus pulsati, Ecclesiisque spoliati, in civitatem Ovetensem migraverunt, & recepti fuerunt, ut refertur Archiepiscopus Tolet. l. 5. historia, c. 17. Valens in chron. an. 877. inde Ovatum dicta fuit civitas Episcoporum, quia in ea plures Episcopi diviso territorio vitam agebant. Levegem difficultatem continet principium deducimus ex d. c. praedictum: illud enim procedit cum alias nullam, neque tamen absurdum ex eo, quod jurisdictioni penes duos resisteret, ut sequatur in praefati prohibitione; videlicet ut una Ecclesia a duobus sponis, & Praefatis regeretur. Nec tandem, ultimam fundamentum adferatur; non enim ea ratio potissima est praefatis prohibitionis, ne videlicet jurisdictioni penes duos resisteret, sed potius ratio polyvitae spiritualis, & ut vitetur monstrum, unum videlicet corpus cum diversis capitibus. Unde licet iurisdictioni potest esse penes plures, Ecclesia tamen a duobus Praefatis regi non valet.

11. Sed adhuc praefati prohibitioni adversantur nonnullae Episcoporum subscriptiones, quae reperuntur in Concilio Tolet. 3. ubi pro Ecclesia Portucalensi subscribitur in hunc modum num. 27. Constantius Portucalensis Ecclesia Episcopus subscripsit. Et numer. 51. Argizianus Portucalensis Ecclesia Episcopus subscripsit. Et numer. 6. Nixiegus Episcopus de civitate Lucis subscripsit.

12. Et n. 47. Nulla Latensis Ecclesia Episcopus subscripsit. Et n. 49. Garadungus Tudensis Ecclesia Episcopus subscripsit. Et n. 43. & sequentibus: Fulgencius Tortosa Ecclesia Episcopus subscripsit. Episcopus vero in Episcopus subscripsit. Ex quibus subscriptionibus aperte constat, in pluribus Ecclesiis duos praeside Episcopos, & ut vero Praefatos Conc. interfuisse. Triplici modo praedictas subscriptiones accipere intendit Lemaitre de verbis Eccles. l. 2. c. 13. primo asserendo in eisdem Ecclesiis contigisse duos adesse Episcopos, quia videlicet unus atate Episcopus, advertebatque valedicere captus, alius in eius adiutorio, ad levamen, & subsidium ipsius eligebatur. Sed licet hae casus in una, aut altera Ecclesia eventus possint, non tamen uno eodemque tempore in tota Ecclesia eventus potest contingere, ut Episcopi, aut senectute gravati, aut infirmitate occupati coadiutores habentur, ita ut in illis Ecclesiis diviti officia ministrare non possent, Conc. tamen Toleti celebrato interesse valerent. Secundo difficultatem ipse effugere intendit asserendo, non plures unius Ecclesiae Episcopos fuisse potest potius diversarum Ecclesiarum, eisdem tamen nominis: sed si divisionem Episcopatum jam a temporibus Vimbis in Hispania observatam percurramus, Valeamusque, Ambrosium la Morales, & alios Hispaniarum rerum vigilantissimos scriptores atente legamus, nullo modo duas civitates Tuleles, Portucalenses, Deronanas invenimus. Quare his solutionibus omnibus verior est terra interpretatio ipsius Nicolai a Lemaitre, quae deducitur ex Historia Hispaniae nostrae illius aevi. Sciendum enim est, Leovigildum Gothorum Regem Arianae tabe infestum Catholicos Episcopos suis sedibus spoliasse, atque in eorum locum alios Arianae perinde fideles, & idcirco substituisse: sed ex defuncto Catholicus Rex Recharedus abjura haereticam Ariana, p'ia tam ipsius, quam Leandri Episcopi Hispanensis Interduinae tota gens Gothica, quae fere universa haeretici Ariani infecta erat, eam abjurarit, & Episcopos Catholicos exulantes in propriis sedibus restituit; cumque Conc. Tolet. statim congregari faceret, ut omnes tam ecclesiasticis, quam secularibus haereticis abjurerent, quod Concilium in eodem locum extollant D. Greg. l. 1. ep. 41. laborum in Chronica Gothor. an. 645. historici scriptores Baron. an. 591. Ypes l. 1. chron. d. Benedicti, pag. 468. cum, inquam, in ipso Concilio Episcopi Ariani haereticis abjurerent, si quem Catholicum amplexerentur, iniquum visum fuit Patribus eo dignitate Episcopatu privare, imo haereticum, ut ipsi gradum retinerent, & remaneret in diecesi, ut facti, ita tamen, ut non defuncto, alius supervivens locus remaneret. Refertur ex Historicis Hispaniae Mendoza l. 1. Concilii Militer, c. 1. pag. 11. Lemaitre, l. 2. c. 11. Scholano l. 2. historia Valentia, c. 11. Unde liquidum patet in dicto Concilio Tolet. 3. pro una Ecclesia duos Episcopos subscribere; unum Catholicum; & haeretici conversum alterum, qui ambo, ut loci in regimine ipsius Ecclesiae permanerent.

13. Simili etiam historiae ecclesiasticae observatione accipiendus est textus in c. 1. de Praefatis, ubi a Patribus Concilii Africani statuitur, quod si aliquis Episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatem conversus fuerit, diececi dividatur inter ipsum, & Catholicum Episcopum, qui eum receperit, ut ut unus videtur, & alter eligat: ex quo textu facti deducitur, in una Ecclesia duos Episcopos consecrari posse. Sed pro eius interpretatione secundum est, in Africa tempore Donatistarum in collationibus habuit ab Episcopis Catholicis cum ipsi Donatistis, vilius fuisse proponere, ut si in collatione a Donatistis convinceretur, dignitate Episcopatu privaretur, si autem contrarium contingeret, videlicet Donatistis argueretur Catholicorum superari, ipsi gradum, & dignitatem retinerent, & pacis causa duo permittentur Episcopi in una diecesi, ita ut altero defuncto, superes solus Episcopus remaneret: refert D. Aug. in brevibus collationibus in prin. c. 5. quod pactum, & alibi in Ecclesia oblatum fuisse a Catholicis refert Socrates l. 4. historia, c. 5. Sozomenus l. 7. c. 3. Nicephorus, 17. c. 3. imo, & aliquando Catholici pro lucrandis haereticis propriis sedibus ceterant, ita ut nec ipsi, nec haeretici conversi propriam sedem retinerent, sed tertius eligeretur. D. Aug. in l. de gentium Emerito, ubi ad haec ita ait: Quod si forte populi Christiani singulis delegaverit Episcopos, & duorum consortium in multitudinem rerum facere tolerare non possunt, utrique de medio dilectam, & Ecclesiam singulis, damnata schismatis causa, in unitate pacifice constituit, ab his singulis in Ecclesia, singulis annuentibus unitati facte per loca necessaria singulis constituantur Episcopi. Augustinus Episcopus dixit: Dicam charitati vestrae, & commoneo rem dilectissimam, & suavissimam, quam Domino adjuvante sumus ex petis cum ante istam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Christi Episcopi debent esse, aut debent non esse, quod vobis sciendum est: circumspicientes omnes fratres, & coepiscopos nostros, non facile nobis occurrant, qui hoc vellent ulciscere, & de hac humilitate Domino sacrificare. dicebamus, ut heri lolet, ille potest, ille non potest, ille consentit haec, ille non tolerat, loquentes magis pro suspitionibus nostris, qui coram de illorum minime videre poteramus. Quando autem ventum est, ut hoc pactum fieret in Conc. universonum tam fuerit plene 300. Episcoporum, sic placuit omnibus, sic exaravit omnes, ut parati essent Episcopatum pro Christo, ubi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutius commendare, duo ibi vixi inveni, quibus displiceret, unus annulus tenax, qui hoc etiam diceret liberis aulis est, alter volatantem suam tacito vultu significavit, sed post D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. I. Paris II.

14. itaquam illam senem libertatis hoc dicenti obruit omnium fraterna correctio, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit. Hac ergo de causa in specie textus in d. c. 1. de Praefatis, uno eodemque tempore reperitur duo Episcopi ipsius Ecclesiae, non tamen, ut perpetuo duo existant Episcopi, imo potius altero vita fundito, superstes tantum remanebit in Cathedra Episcopali.

15. Secundo praefati textus prohibitionem impugnavit videtur textus in c. non autem 12. q. 1. in illis verbis: Novo more praefatus, sed ita consecratus, ut non succederet in Cathedra Episcopi, sed adiret. Ex quibus verbis constat in Ecclesia Hipponensi uno eodemque tempore D. Aug. & Valerium Episcopos ordinatos fuisse: igitur eodem tempore possunt duo Episcopi in una diecesi constitui. Huic difficultati, ut fastidiant Glossae hic, Abbas n. 4. affirmant, ex dispensatione summi Pontificis D. Augustini, & consentiente Valerio praefatum fuisse eidem Ecclesiae: imponunt enim R. P. posse dispensare, ut in una Ecclesia sint duo Episcopi. Quae doctrina licet in se vera sit, ut defendit Diana c. 12. tr. 1. res. 73. non tamen convenit definitioni illius textus, & eius historia; siquidem Possidius in c. 13. D. Aug. col. 4. refert D. Aug. accessisse Valerio de facta contra iuris prohibitionem. Hac solutione omnia, Glossa in d. c. non autem in fine, asserunt Aug. datum fuisse Vicarium Valerio, non tamen eque principaliter ordinatum fuisse Episcopum, sed nec hac solutio placet, restituit enim ex illis verbis: Novo more praefatus, & ibi: coepiscopi datus. Quare hac solutione omnia Archiepiscopus in contextu, n. 1. asserit, Aug. & Valerium penitus ignorare prohibitionem Conc. Nicaneni de duobus Episcopis non eligendis in una diecesi eodem tempore, & idcirco praetextu ignorantiae, tam Valerium, quam Aug. excusari. Sed licet verum sit, tunc temporis D. Aug. ignorasse canones Conc. Nicaneni, ut ipse fatetur, dum ait ep. 110. Praefatus, ut hinc patet, & Seno Valerio Episcopus ordinatus fuit, & ibi: cum illis, quod Conc. Nicaneni quatuor fuisse praefatos, unde refert Possidius in ipso d. c. 8. quod cum Episcopis esset, licet sepius recitare can. Conc. Nicaneni, operamque dedit, ut in Conc. Carthagen. 3. cap. 3. haeretur, ut amiceret, vel Episcopi ordinatum, decreto Concilii. eis ab ordinariis recitarentur. Ceterum haec ignorantia solum arguit orbis excusatum fuisse a culpa, non tamen evincit, iudicium electionem secundam D. Aug. validam reddi, cum ignorantia possit excusare a culpa, & poena, non tamen actum alius invalidum validum reddere, & resola, ignorantia de res. iuri in d. Docent Castro de iure parati, l. 2. §. 12. Govarr. in res. peccatorum, 2. p. c. 8. n. 9. His ergo solutionibus omnibus respondendum est, praefatum prohibitionem licetque illustratam non procedere eo casu, quo eadem Episcopatu coepiscopos datur propter ipsius Episcopi senectutem, aut gravitatem, nonne impedimentum, propter quod Episcopus mueri sibi iungendo iustitiae sequit, tunc enim cum Episcopus senior pastoralis manus non exerceat, sed tantum eius coadiutor sit, non dicitur in effectu in una Ecclesia dari duos Episcopos, sed unum alteri subordinaum; quod nullum continet absurdum. Synodus Africana, can. 29. "Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanae, ut si quis Episcopus pro infirmitate, debilitateve aliquam in hebetudinem sensus incidit, ut officium oris amittat, ea que non nisi per Episcopos gerantur, non sub praefato sua presbyteros agere permittat, sed Episcopum evocet, cui hoc, quod in Ecclesia agenda fuerit, imponat, Episcopum illum vicaria alicuius diececi esse, non est ambigendum, ita ut coadiutoris officium ad tempus exerceat." Quo modo accipiendum est, quod B. Ambrosius scribit ep. 79. Episcopo Basio datum fuisse Senecionem in consorium regende Ecclesiae: non enim obstat alium esse Episcopum, alium vero eius Vicarium: quia ut ait Seneca ep. 103. non ardent inter se, nisi in eodem ambulantes: quare cum Valerio iam feni Aus, ut coadiutor datus esset, rite in Episcopum consecrari potuit, licet nota non erant, quia similis coadiutoris electio usu excepta non erat, sicut potest in usum venire, ut constat ex c. quatuor, c. quatuor, 7. q. 1. Docent Mendoza d. l. 1. c. 1. pag. 13. Diana d. res. 73. Accuna in d. c. 2. §. 8. d. 1. Catholicum Praefatum. Vel vicarium, ut contingit cum vacat Ecclesia, quae commendatur vicino Episcopo, ut ratio, c. illud, 21. q. 1. vel ex illis Episcopis, quicertam saltem non habent, sed absque propria Cathedra ordinantur: isti enim vocati ab Episcopis localibus administrare possunt. Conc. Veneri. can. 3. (De Episcopis vacantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum, qualis fuit, placuit iuxta instituta Sanctorum Patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam administrationem facere debeant sine iussione Episcopi, cujus parochia est.) Iporum Episcoporum obvia mentio est in Conc. Vvornatiensi can. 63. Carthag. 3. can. 20. Valentino Hispania can. 6. & aliis concessis a Filescus in c. quod Ialem 10. §. 3. hoc tit.

16. Ingessit. Idest, si quis clericus non idoneus se immiscuerit regimini ipsius Ecclesiae, ipso facto excommunicationem incurrat, ut exponunt Bonac. de censuris disp. 2. qu. 4. sub finem, Filliuc. in 14. c. 7. q. 2. Castropal. in opera moral. disp. 3. para. 72. n. 1. non enim haec excommunicatio lata sententiae fertur tantum in Episcopos, qui se ingerunt administrationi Ecclesiarum in his diecesibus, ubi linguarum mixtura datur, ut volebat Navar. in manual. c. 27. 114. Barb. d. de leg. 30. n. 170. fed contra omnes clericos non idoneos, qui administrationi Sacramentorum in his Ecclesiis se ingerunt, ut docet Gibalinus in synodi casibus, pag. 454. k. Brachio (scilicet) De hac invocatione plura adduxi in c. hoc tit. F F 2 C A

18. Exponitur c. non autem 12. q. 1.

13

Inter cetera, quae ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei permaxime sibi noscitur necessarium; quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur: eo quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Unde cum saepe contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel invidiam corporales, aut hostiles incurfus, seu occasiones alias, ne dicamus defectum scientia, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum, per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei, maxime per amplas dioceses, & diffusas: generali constitutione fancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sancta praedicationis officium salubriter exequendum adstantes, potentes in opere, ac sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cum per se idem nequiverint, solite visitantes, eas verbo adificent, & exemplo; quibus ipsi, cum indigerint, necessaria subministrant, ne pro necessarium defectu compellantur desistere ab inepto. Unde praecipimus, tam in Cathedralibus, quam in aliis conventualibus Ecclesie viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores, & cooperatores habere, non solum in praedicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & poenitentis injungendis, ac ceteris, quae ad salutem pertinent animarum. Si quis hoc adimplere neglexerit, districta subiaceat ultioni.

NOTA

In eodem. Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 3. & textus iste reperitur in d. Concil. Lat. can. 10. b. in Cathedralibus. Apertius hoc statuitur in Conc. Trid. (s. de reform. c. 1. c. 24. c. 8. ubi praecipitur, ut in Ecclesiis Cathedralibus instruantur, & dirigantur cura praebendis; & altera Theologalis, ut sacra Scriptura exponatur; alia Poenitentia, ad poenitentias injungendas, audientiaque confessiones: de quarum praebendarum institutione, atque collatione plura adducunt Barb. de Canonici, c. 26. c. 27. Narbona de sacre, anno 40. q. 1. Frances in Pastoralis interno, veto 10.

COMMENTARIUM.

EX hoc canone talis deducitur assertio: Episcopi incumbunt officium praedicandi: sed si iustis causis impediatur, quomodo talis officium exequi valeant, eligere debent viros idoneos ad verbum Dei fidelibus praedicandum. Probant textus in c. nullum 6. 88. d. c. non licet 2. 2. d. c. quod Dei timore de statu monachi. Synodus c. Generalis can. 29. Synodus 7. can. 2. Aquiligran. 2. can. 11. Dignum dicitur, ut ne quisque Episcoporum student ministrum suum pro modulo possibilitatis bene instruat, ut si forte contigerit alium Episcoporum caritative impotentem esse, ut in infirmitate aliqua indigentem, habeat eorum ministrum debitum, qui vice sua pabula verbi ad ipsam populo ministrare possit. Valentium 3. in Gallia, can. 22. Mogunt. 1. sub Carolo, can. 25. Si forte Episcopi non fuerint in domo sua, aut infirmi, aut aliqua alia causa exigente non conuenit, nunquam tamen debet Dominicus, aut seculares debet. Ex c. Episcopi 43. dist. c. per 7. quill. 1. Conc. Tol. 11. can. 2. c. 5. Meldenis sub Carolo c. 35. Ut quisque Episcopus talem iuxta se pro vicibus habere deceret, qui iuxta sinceritatem, & purissimum sensum Catholicorum Patrum de fide, & observatione mandatorum Dei, seu de praedicationis doctrina presbytero plebani assidue instruat, & informet. Trid. s. 24. de reform. c. 4. l. 6. c. de Episcopali, audient. Capit. Caroli 1. c. 109. Episcopi monemus, non sicut per se, sed per vicarios pabulum verbi divinae scilicet populi animarum committunt. Illustrant omnes concessi a Barb. in praesenti c. l. 1. juris eccl. c. 13. & in Trid. d. c. 4. c. in selectis ad reatum in c. aditimus 16. q. 1. c. de officio parochi l. 1. c. 14. quibus addendi sunt Hall. de Hierarch. eccl. pag. 65. Diana part. 11. ar. 2. r. 1. Ferrarius de ritibus concionandi, l. 2. per totum, Petrus Greg. l. 1. part. 1. tit. 22. c. 4. Petrus Bolog. in econom. can. dist. 3. c. 1. §. 1. 2. c. 3. Landmeter. l. 6. de veteri clerico c. 67. Lemaître l. 4. de instr. Episc. c. 5. c. 6. Creperus in summa, verbo praedicator, Celsar de eccl. hierarch. dist. 8. §. 9. Villaroel p. 1. regim. eccl. q. 7. art. 7. Vighellius in method. juris canon. pag. 403. Saufay in Panoph. Sa. verb. l. 4. per totum, Acuna in d. c. non licet; Espenceus l. 2. dist. c. 2. Loyla in can. 2. Conc. Tol. 11. Narbona de sacre, an. 30. q. 8. Aloix in notis ad vitam S. Aberti, c. 3. Crefolius l. 3. inst. c. 45. l. 5. Zipeus ad hunc tit. Petrus Harodius l. 1. Pandect. tit. 6. c. 11. Tarranus in explanat. Clementis, l. 8. c. 3. Filescas in praesenti, Julius Lavorus var. lucub. tit. 5. Al. rebera l. 2. dist. c. 6. c. 1. c. 6.

Sed hac assertio ita juris testimonio firmata, & Auctorum illustrata illustrata diffidit valde redditur sequenti consideratione. Concionandi officium omnibus fidelibus commune est: igitur non proprium, & peculiariter est Episcoporum, ita ut ipsi tantum, aut ab eo designati illud obire possint. Probatur antecedens, nam presbyteris competere praedicandi officium, factis constat ex Conc. Valensi 2. can. 2. in illis verbis: "Hoc etiam pro edificatione omnium Ecclesiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum sciendi daretur presbyteris potestatem. Synodus Arelat. sub Carolo can. 10. De praedicatione providimus pro edificatione omnium Ecclesiarum, & pro utilitate totius populi, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis presbyteri ad populum verbum faciant, & bene vivere studeant. Diaconis etiam competere hoc munus, deducitur ex d. can. 2. Conc. Valensis 2. illic: Si presbyter aliqua infirmitate prohibente per seipsum non poterit praedicare, Sanctorum PP. homiliae a diaconibus recitentur; si enim digni sunt diaconi, quae Christus in Evangelio loquutus est, legere, & quare indigni predi-

Tempora- tur hac assertio.

centur Sanctorum PP. prohibitiones publice recitare. Pro- bant Ferrarius d. l. 3. de ritib. concion. c. 2. Benedicimus Haaspe- ma in vita S. Benedicti, prolog. 18. §. 13. Claudius Espen- can. l. 1. dist. c. 1. Tandem laicum etiam publicis praedicatoribus, s. s. probatus ex c. mulier, 23. d. Laicus autem praebentibus clericis, nisi ipsius rogantibus, docere non audeat. Euseb. 2. Tarnell. in apolog. c. 39. Cogimur, inquit, ad litterarum di- vinarum commemorationem; si quid praesentium temporum qualitas, aut praemone cogit, ut recognoscere: certe si dem sancti vocabis pascimus, spem erigimus, iudicium si- gimus, disciplinam praepceptorum nihilominus inculcationi- bus denudamus, igitur si presbyteri, diaconi, & laici ver- bum Dei praedicare valent, necessaria non est Episcopi dele- gatio, ut tantum idonei viri ab eo designati ad concionan- dam admittantur. Augerit haec difficultas primo ex c. Jo- han. 19. d. in illis verbis: Ab eo autem non queritur quis; quibus prohibet, sed quis praedicit. Ex quibus praeporum, curan- dum non esse, quod praedicit, sed quid praedicator: igitur omnes indistincte ad hoc munus admittendi sunt. Augerit scilicet haec difficultas ex eo, quia cui competit officium praedican- di, illud aliis committere non valet, cap. fin. §. de offic. deleat. igitur si Episcoporum proprium munus est praedicare, id aliis demandare non possunt.

Qua difficultate ita vallata non obstante, vera est praesens constitutio, ad cujus illustrationem praedibandum est, praeci- pium Episcoporum munus esse fidelibus verbum Dei praedica- re, ut declaravit Trid. Synodus sess. 15. c. 4. c. sess. 24. c. 4. in illis verbis: Praedicationis munus, quod Episcoporum praecipuum est, illud non tantum sacri canones in Episcopo commendaverunt, verum & Christus Dominus, qui mittens Apostolos veros Episcopos in universum mundum, hoc praecipium illis injunxit apud Matt. c. 28. vers. 19. Euntes docete omnes gentes. Et apud Marc. c. 16. vers. 15. Praedicate Evangelium omni creaturae. Ideo Apostolus inter alias Episcopi dotes praedicationem enumerat, dum enim fuit Timotheum instruit in Episcopali officio, ita ait: Attendite lectioni doctrinae, praedicationem, infra oportum, im- portane, &c. Et ep. 2. ad Timoth. c. 4. Sanctus Clemens B. Petri ex alie heres l. 2. conf. c. 20. ait: Episcopus verbi minister est; scientia cultus, & magister. Plura SS. PP. testimonia pro tem- porum varietate digesta tradit Andreas Saufay d. l. 4. Panoph. art. 1. per totum, & illustrant Nicolaus Herbonatus Ordinis Mi- norum parados 2. contra Novatores, Michael a Medina l. 3. de recta in Deum fide, c. 13. Barba allegat. 76. n. 2. Theop- hylus Raynaud. l. 15. in heterol. spiritus, pand. 10. §. 270. Jacobus Gochofredus in l. 25. c. Theod. de Episc. c. de Hier. Frances de Ecclesiis Cathedral. c. 18. per totum, Aloix in notis ad vi- tam S. Aberti, c. 3. quare ut proprius minister praedicationis potest per totam suam diocesim, tam in Ecclesiis secularibus, quam regularibus, publice praedicare, imo olim Episcopi peregrinantes invitabantur in alienis Ecclesiis, ut praedi- carent. D. Clemens l. 2. conf. c. 82. ubi ait: Ut Episcopus diaconus rogat Episcopum peregrinum, ut sermone habere ad populum. Et in Conc. Carth. 4. can. 26. id pro lege statuitur. Idem docet Baron. an. 246. & ibi Spodanus n. 4. Evaristum etiam Pan- tificem pro hoc munere digne obsequio constituit, ut Episcopo praedicatori septem diaconi adstant; cujus constitutionis varias adducit rationes Baron. an. 112. Hinc ad Episcopum spectat proprio iure examinare, & approbare ministros praedicationis, & alia, quae ad hoc munus spectant diffinire.

Presbyteris etiam curam animarum habentibus incumbit populo sacram concionam certis diebus habere. Concil. Valensi 2. can. 2. Aquiligr. ubi supra, Trid. sess. 5. reform. c. 2. Origenes hom. 1. in Psal. 37. circa medium ubi usum, & praemum referens ait: Episcopi atque Presbyteri erudiant nos, & erudiantes adhibent correctionem. Ex D. Cypriano, Chryostomo, Gregorio, & aliis Ecclesie Patribus probant Saufay d. l. 4. art. 2. Landtm. d. l. 2. c. 67. Barb. de off. parochi, d. c. 14. Baron. an. 264. n. 5. Henricus Kaltesin in orat. habita in Conc. Basilensi de libera praed. verbis Dei: adeo autem illis competit hoc praedican- di officium, ut nulla expectata Episcopi licentia praedica- re possint, quod alii Presbyteri cura animarum non praepositi facere nequeunt, nisi ab Episcopi eis permittatur, ut ex illa utriusque Ecclesie, Occidentalis, & Orientalis probat Theop- hylus Raynaud. l. 16. in heterol. spirit. pand. 10. §. 170. In Ecclesia Africana manus hoc nunquam delegatum fuisse Pre- byte-

6 De laicis praedican- tibus.

4 Episcopi munus praeci- pium, & pro- dicator.

7 De mona- chi.

Presby- teris etiam competi-

byteris, constat ex Possidio in vita S. Augustini, c. 5. ibi: Eadem presbytero potestatem debet coram se in Ecclesia Evangelium praedican- di, contra usum quidem, & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum. Notavit Novarinus l. 7. scholastic. cap. 3. Similiter diaconi ex licentia Episcopi possunt in Ecclesia publice praedicare, c. presbiter, 25. d. c. in sanctis, ibi: Ad praedicationem officium, 99. d. & in actis Apoll. c. 7. referunt D. Stephanum praedicatoris, & c. 8. v. §. traditur Philippum diaconum descenden- tem in civitatem Samariae Christum illis praedicasse, & Joannes Diaconus l. 1. de vita S. Gregorii, c. 41. referunt ipsum Gregorium Leviam verbum ad plebem habuisse: & D. Augustinus de S. Vincentio ait, semen Apostolicae praedicationis per eum pluribus disseminat: quod etiam probatur ex modo, quo gestant diaconi solam, & fuit expressum in Conc. Tolet. 4. c. 39. sic: Unum omnium oportet Leviam gestare in se- mistro humero: propter quod oras, id est praedicator. Brachar. l. 1. can. 47. Decret Celsar de Episc. hierarch. dist. 9. §. 2. n. 8. Bene- dictus Haephtemus de Episc. monach. prolegom. 18. §. 3. Nec contra- rium probat textus in c. aditimus, c. 16. q. 1. ubi asseritur, praedicatoris munus tantum ad sacerdotem pertinere. Nam res- pondendum est, textum illum procedere iure proprio ratio- ne officii; tunc enim verum est, tantum Presbyteris compe- tere officium praedican- di: at vero ex commissione Episcopi, aut parochi, etiam diaconi praedicare possunt, ut docent pro illius textus solutione Turricremata viis, Valquez 3. p. 1. §. 2. dist. 236. c. 8. m. 89. Casar. d. §. 2. n. 9.

Alii vero, qui in sacris Ordinibus constituti non sunt, praedicare nequeunt, imo si ausi fuerint concionem in Ecclesia publice habere, excommunicationem incurrunt, c. cum excom- municato, c. excommunicatione 13. §. quia vero, de heret. l. 6. Un- de ait D. Paulus ad Rom. c. 10. Synodus praedicatorum, nisi mitantur? Non tamen adeo admittenda est opinio Cajetani in D. Thom. 3. p. q. 64. ar. 6. v. Haec doctrina, aliteris, officium praedican- di iure divino solis sacris ordinibus esse annexum. Verum enim est, hanc prohibitionem esse tantum juris hu- mani, & ideo Episcopo posse ex iusta causa constitutum in mi- noribus ordinibus praedicatorum concedere viris literis, & virtute pollicentibus, ut resolvunt Barba lib. 1. juris eccl. c. 13. n. 19. Narbona de sacre anno 30. q. 8. Praedicare enim non est actus ordinis sacri, ex iure divino, ut docent Sa- rrus in scribis, tit. de temporibus ordin. dist. 2. Hugolinus de just. Episc. c. 42. §. 2. n. 10. & sic praedicationem non spe- ctare ad hierarchiam ecclesiasticam, neque hoc munus esse hierarchicum, contra Celotium resolvit Hallierus de hierarch. iuris, pag. 65. igitur laicis prohibuit esse praedicare, c. mul- tier, 23. dist. c. mulier, de consuet. dist. 4. cap. 1. sic, cum ex injuncto, debet. lib. 6. Leo l. 1. epist. 62. ad Maximum Anto- cheum, c. 26. ibi: Illud dilectionem tuam convenit praeci- pere, ut praeter eos, qui sunt domini sacerdotum, nullus viri sui docendi, & praedican- di audeat vindicare, five sit vir monachus, five sit laicus, qui aliquis scientiae nomine gloriatur. Sacra Synodus can. 64. Quod non oportet laicum publice disputare, vel docere docendi auctoritatem ex eo, ubi vindicantur, sed ordini a Domino tradito cedere. Laicis enim disputare mysteria fidei, aut ea pertractare non licet, d. c. cum ex injuncto, c. 2. §. iohannes, de heret. l. 6. Conc. Carth. 4. can. 8. plura adducunt Acuna in d. mandatis, 43. d. Azot. 1. inst. l. 8. c. 26. Baergerus in tractum q. 154. Franc. Valens in concordia juris, pag. 248. Petr. Greg. l. 2. part. tit. 8. c. 5. Mornacius in l. 1. c. de summa Trid. fed in praedicatione tractant, & disputantur fidei arcana, unde conciones ipse, tractatus, & disputationes appellatur a Sanctis Patribus con- gressis a Ferrario de ritib. concionandi, l. 1. cum seq. igitur laici in Ecclesia praedicare nequeunt.

Et quia primis Ecclesie temporibus monachi laici tantum erant, nec ad sacros ordines accendebant, ut probavi in c. intelleximus, de sacre. q. qualis, & lepus praemonit; ideo nec il- lis praedicare permittebatur. Leo d. ep. 64. nec monachis, c. monachos 4. cum seq. 16. q. 1. c. 1. de capel. monach. cap. unico, §. persona, de relig. donab. l. 6. Ferrarius d. l. 2. c. 5. sed quia jam a temporibus illis, a quibus sacris ordinibus initiari coepe- runt, etiam hoc praedicationis officium exercere illis permis- sum fuit, c. sunt nonnulli, §. fin. cum seq. 16. q. 1. imo & ipsi praedicatoribus magna privilegia a Romano Pont. concessa fuerunt, extraxit, canonic. l. 6. Ex refert Brano Chast- faing, de privi. reg. tr. 6. c. 2. prop. 1. debent autem ipsi concionatores potius ab Episcopo examinari. Trid. §. 20. c. 2. Conc. Later. sub Leone, ibi: "Sacra approbatio Conc. ita- rum, & ordinamus, ut nullus, tam clericus secularis, quam cujusque etiam Mendicantium ordinis regularis, aut quilibet alius, ad quem facultas praedican- di, tam de jure, quam de consuetudine, vel privilegio, aut alias pertinet, ad hujusmodi officium exerceendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respective diligenter examinatus." Sed ultra hoc superiorem examen, ut tamen teneantur monachi alibi subire coram Episcopo, ita ut sine eius approbatione, & licentia monachis hodie etiam virtute suorum privilegio- rum praedicare non permittatur; disputant Interpres. Negat Bruno Chastfaing de rit. 6. c. 3. c. 4. affirmant autem Barb. d. c. 13. n. 16. Diana p. 11. n. 2. resol. 1. Sed in hoc Interpretum dis- sideo placet media sententia, quam tradunt Portel. in dubis reg. verbo Praedicator, n. 1. Lexana in summa q. 9. reg. 1. 3. verbo Con- cionare, n. 6. Arario tr. 3. q. 30. per totum: asserunt eum reli- giosos virtute suorum privilegiorum non teneri subire examen coram Episcopo; ad eo tamen virtute approbationis proprii Superioris debere licentiam petere ad concionandum, & ex pe- D. D. Gensel. in Decretal. Tom. I. Pars II.

tita, quamvis non obreata, sed iniuste denegata, posse praedicare in propriis monasteriis, non vero in Ecclesiis secularibus, ubi desideratur licentia Episcopi, vel Parochi. Quae doctrina valde consona est Conc. Trid. dispositioni, & Urb. VIII. declarationi in bulla, quae incipit, Alias a nobis emanavit. Postea tamen Episcopum praedican- tes scandalose suspendere ad tempus, vel in perpetuum, omnes proxime relati resolvunt. Quibus animadvertis, & omisiss, quae de praedicatione late tradiderunt Julius Lavorus d. rit. 13. Ferrarius integro l. 6. de ritibus concionandi, Saufay in Panoph. l. 4. per totum, ratio hu- jus decisionis ex eo provenit: licet enim praecipuum Episcopi munus sit in Ecclesia praedicare, tamen cum ipsa infirma impeditur obire debeat, c. Ordinarii, §. quod sit, hoc rit. lib. 6. si legitime impeditur sit Episcopus, potest alii committere hoc officium, ut propter adversam valetudinem, aut nimias occupationes, ut jam ante Conc. hoc Later. exposuerunt PP. Concil. Mogunt. c. 25. Si forte Episcopus non fuerit in do- mo sua, aut infirmus est, nunquam tamen desistat diebus Do- minicis, aut festivitibus, qui verbum Dei praedicit. Aquiligran. 2. can. 11. Si forte contigerit alicui Episcopum tardiloquentem esse, aut infirmitate aliqua impeditum, ha- beat tamen alicuius ministrum doctum, qui ejus vice pabu- la verbi divini populo administret. Ubi adjectur lingua impedimentum, quod cum agnovisset Valerius Hipponensis Episcopus, facultatem concessit D. Augustino postea eius suc- cessori praedican- di; quia ipse cum esset Graecus, minus com- mode Latino populo praedicare valebat. Refert Possidius in vita D. Augustini, c. 5. & ex eo refert Landtm. d. c. 64. Et- iam Valerius Caesarangaltanus Episcopus propter linguae im- pedimentum officium hoc praedicationis Vincentio Archidiacono suo delegavit, ut refertur in Brev. R. in actis S. Vincentii, die 22. Januar. Alia etiam iusta causa considerari possunt, propter quas Episcopo ab hoc munere excusetur: unde recte Innocent. in praesenti canone Conc. Later. decrevit, ut si Episcopi per se in Ecclesia praedicare non poterint, munus hoc exequendum committant viris literatis, & virtute pollicenti- bus, qui ut facile reperiri possint, statuit Pontifex, ut in sin- gulis Ecclesiis, tam Cathedralibus, quam Regularibus, eli- santur personae, quae debite, & competenter, si fuerint, hoc munus adimplere valeant.

Nec difficultas supra adducta adversatur, potius enim ve- rum est, non omnes praedicare posse iure proprio, sed ex de- legatione, ut supra probavi ex c. aditimus, 16. q. 1. ex D. Paulo ad Rom. c. 10. Quomodo praedicator, nisi mitantur? Nec obstat, & Diaconos posse in Ecclesia publice praedicare; nam illi ratione cura animarum sibi com- missa, isti vero ex delegatione Episcopi tantum praedicare pos- sunt, licet in Ecclesia Alexandrina denegatum fuisse hanc fa- cultatem praedican- di Presbyteris referat Sozomenus l. 7. hist. c. 199. quod contigisse credo post lapsum impii Arrii; ipse enim erat Presbyter Alexandrinus, cum lapsus fuit in here- sim: quare ob similibus lapsus timorem alii Presbyteris per- missum non fuit praedicare. Nec obstat Concilium Valense in illis verbis supra relatis: Verum facienda daretur Presbyteris po- testatem. Ex quibus deducitur, in Concilio Valensi celebrato anno 529. datum fuisse Presbyteris praedican- di potestatem: igitur quia non iure proprio Presbyteris competit facultas praedican- di, Nam pro hujus textus interpretatione dicendum est, jam ante tempora Concilii Valensis Presbyteros parochos ratione proprii officii potuisse in propria parochia praedicare, ut supra probavi; sed in Phoceni provincia; ubi celebrata fuit haec Synodus Valensis, Praefide Casario Metropolitanus A- relatensis, in usu erat, ut tantum Presbyteri civitates, ut- pote majoris auctoritatis, & scientiae, praeficerent; rusticani vero in ruralibus Ecclesiis praefecti verbum facere populo non poterant: illis ergo concessum fuit a Patribus, ut sicut pa- rochi civitates, ita & ipsi in suis pagis praedicare possent. Ita textum illum interpretatur Saufay d. l. 4. Panoph. sacer. c. 4. Similiter etiam diaconi ex commissione Episcopi possunt praedicare, licet non proprio iure, ut docet Casar. d. §. 2. Nec obstat concionatorem debere habere 30. annos, exemplo Domini nostri, qui anno eo praedicavit, c. Presbyter 78. dist. Presbyter ante triginta annorum aetatem non ordinetur, quamvis sit probabilis vitae; sed obviere aique ad praesi- nitum tempus: Dominus enim noster Jesus Christus praedi- cavit, imo anno baptizatus est, & tunc praedicavit. Petrus Bangus de mysteriis Numerorum, n. 30. paulo post principium, l. 3. verbis. Ezechiel an. trigesimo videns visiones Domini iuxta fluvium Chovar, prophetiae dona promeruit, ut ipse l. 1. c. testatur. Quem locum exponens Gregorius Pontifex: Ut ostenda- tur, inquit, cujus auctoritatis sit, Ezechiel in praedicatione aetatis solidae fuisse delibitum. Hoc quippe regulare est omnibus Prophetis. Nec contra haec quaequam movere de- bet, quod Jeremias, & Daniel prophetiae spiritum adhuc pueri perceperint; quia miracula in exemplum operationis trahenda nequaquam sunt: omnipotens enim Deus, & lin- guas infantium facit disertas, & ex ore infantium, & la- ctentium perficit laudem. Aliud siquidem est, quod nos doctrinae discimus ulu, aliud quod de miraculo scimus. Porro quis unquam in hunc modum factior profudit Joanne Baptista; Neq; hic tamen delegatam sibi a Deo provinciam obire sustinuit, nisi eosdem cum Christo suo implesset potius annos; tunc enim in deserto incepit praedicare baptismum aet- nitentiae, & Domini preparare vias, ut annorum maturitas, & virile decus barba; officio auctoritatem conciliaret. Christus enim

8 Ratio de- clidat.

9 Dissoletur dubi- sandi ratio.

enim Deus, & homo, in quo omnes thesauri sapientie, & scientie absconditi, & qui ab initio, quo hominem induit, magno omnium hominum stupore summa quaque miracula edere potuisset, desistit tamen docere 30. appeteret annus; & tunc incepit figa facere, & docere; nec prius inlaruit, & atque in hominum lucem produxit, quam hunc etatis annum attingeret, legitimum scilicet, & maturum tempus ostendens atatis his, qui omne tempus, atque omnem aetatem, vel ad sacerdotium, vel ad docendum putant opportunitatem, &c. Narbona an. 30. de aetate. q. 8. Sed diaconi in 23. anno constituti ordinantur, ut jam probavi in tit. de aetate. & qualiter igitur diaconi, nec ex delegatione predicare valent. Hinc difficultati, omittis solutionibus Ang. Bar. l. 1. de iura eccl. c. 25. n. 27. Narbona d. q. 8. n. 6. qui affirmant, textus in c. peractis, v. ad diaconum, & alia jura supra adducta, quibus docetur diaconum in Ecclesia predicare posse, accipiendam esse non de predicacione verbi Dei, sed potius de recitatione Evangelii; dicendum est, diaconos posse ex commissione Episcopi in Ecclesia publice predicare, dum legitimum aetatem obtineant. Olim videlicet 30. annos, post sequentibus canonibus 25. tantum desiderabantur: & quia hodie certa aetas non observatur, potest Episcopus diacono, qui tantum aetatem ad suum ordinis gradum requisitam habeat, licentiam concedere predicandi.

Sed exponendus est in hac parte difficultis locus D. Clemen. l. 6. capit. Apost. c. 7. ibi: "Quando vero Philippus Coepostolus nosse Dei munere, & Sp. Sancti operatione miracula facturum in Samaria faciebat, ita ut Samaritanam admirationem non commoti ad fidem Dei, & Filii eius venerunt, eiusque nomine baptizarentur, &c. Quibus verbis probatur, Philippum, qui dumtaxat diaconus erat, eo tempore munus predicacionis obtulisse: igitur quia etiam primis Ecclesiae temporibus hoc munus proprium non fuit Episcoporum. Cui difficultati respondet ipse Clemen. l. 8. capit. his verbis: "Quod vero nonnulli Philippum diaconum, & Ananiam fidelem fratrem accusant, quod ille quidem eunuchum baptizavit, hic vero Paulum non intelligunt, quod dicimus nos. Dicimus enim, neminem dignitatem sacri ordinis sumere, sed vel ad Deo accipere, ut Melchisedech, & Job; aut a Pontifice, ut Aaron a Moyse: itaque & Philippus, & Ananias non se ipsos elegerunt, sed a Christo Pontifice, & Deo; cum quo nemo comparari potest, electi sunt. Ceterum illud satis perplexum est, quod Clemen. appellat Philippum Coepostolum, cum diaconum potius dicere debuisset: non enim fuit Apostolus ex duodecim Philippus hic, qui descendit in Samariam, quod ex eo percipi potest, quod ut refertur in actis Apost. c. 8. cum esset persecutio magna in Ecclesia Hierosolymitana, dispersi sunt omnes per regiones Iudaeae, & Samariae, praeter Apostolos, erat autem cum illis dispersus Philippus, qui simul in Samaria catechizavit, & eunuchum baptizavit. Praeterea si Apostolus fuisse, habuisset potestatem dandi Spiritum S. sicut ceteri Apostoli; quam tamen non habebat; ut notavit Iheronimus Belusfordus in epist. ad Antiochum: appellatus ergo est Apostolus, tantquam missus ad Evangelium; unde Evangelista dicitur esse in actis Apost. c. 21. Omnes autem Evangelistae, & missi predicare Evangelium; Apostoli vocantur, ut constat, ex Paulo 1. ad Cor. c. 27. ibi: "Istus est post hoc vocatus, deinde missus est praesquam quatuordecim fratribus, deinde missus est praesquam quatuordecim fratribus, deinde missus est praesquam quatuordecim fratribus." Nec etiam obstat, quod de laicis expendebamus, videlicet eos predicare posse, ex dict. c. mulier, in fine, & Tertulliani

10 Exponitur D. Clemen.

11 Respondetur aug. sententia difficultatis.

autoritate, licet enim laici non possint hodie in Ecclesia predicare, olim tamen indicari non potest, primis Ecclesiae temporibus, sevientibus persecutionibus, pace adhuc Ecclesiae non reddita, Episcopos permisisse laicis predicare, ut notatur Zonaras, & Ballamon in can. 64. sexta synodi, & probatur exemplo relato a Nicaphoro Calisto l. 5. hist. Eccl. c. 14. ubi ait: "Cum Casarea degeret Origenes) Episcopi Palatini legatione quaque ad eum missa ei permiserunt, ut de sacris litteris doceret, & publice eas in Ecclesia interpretaretur, quoniam nondum Presbyteri honorem esset affectus. Probat Ferrarius in dist. l. 2. de institutione di. c. 6. unde in d. c. mulier, tantum innuitur, ex licentia Episcopi iuxta primum Ecclesiae usum posse laicos predicare. Nec obstat Tertulliani auctoritas supra relata, non enim loquitur Septimus de predicacione particulari extra Ecclesiam habita. Nec etiam adversatur textus in d. c. 2. 19. d. loquitur enim Pontifex ibi de illis, quibus ex officio competit munus predicandi, in illis enim non attenditur, quales sint, dum tamen quod praedicatur, rectum, laudabileque sit, ut docet Glossa ibi, quam sequuntur Archidiaconus, & Turrisemata. Tandem non obstat textus in d. cap. fin. de officio deleg. Pro cuius interpretatione discrimen constituendum est inter illum, cui competit proprium, & ordinario iure munus predicandi, ut Episcopo, & inter eum, cui hoc ministerium delegatum, & commissum est, electi ipsius personae industria. Primus potest ob iustas excusationes causas in hoc textu, & supra relatas, alii committere predicandi officium: secundus vero nequaquam valet illud subdelegare, cum electi fuisset ejus personae industria, ut jam notavi in c. 3. de officio deleg. Sed supra traditis obstat videtur D. Clemen. lib. 2. capit. Apost. c. 57. ubi dum Sanctus agit de Episcopis, & Presbyteris, ait: "Desidero hortentur populum Presbyteri, non omnes simul, sed singulariter, & postremus eorum Episcopus. Ergo jus, potestaque predicandi, praecipue Presbyteris, non Episcopis data est. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, S. Clemen. dum post exhortationem Presbyterorum jubet postremum omnium exhortari Episcopum, non ideo ideale primam predicacionis partem Presbyteris concedere, postremam vero Episcopis; sed potius, licet subdelegare, constituere, primas partes esse Episcoporum, Presbyterorum postremas. Quod exemplum adducit a Clemente factis adducit, inquit enim, Episcopum similem esse gubernatori navis; & sic enim loqui debere in Ecclesia, quemadmodum gubernator navis in nave. Hic autem post aliorum sermones, ac sententias de eo, quod orta tempestate faciendum esse videatur in nave, postremam sententiam suam dicit improbandam, aut reprobandam aliorum iudicia, cui tandem parere oportet: nec aliter Episcopus, qui Gubernator est Ecclesiae, loqui debet, non quasi obtinens postremas partes, sed quasi omnium primus, postquam Presbyteri dixerint, ipse approbare, aut reprobare illorum dicta, quasi superior debet. Illud etiam, licet levissimum, non pudent adnotare, simile fuit exemplum gubernatoris navis adducit a Clemente, esse commodissimum: Ecclesia enim navis est, quae Ecclesiae materiales sunt oblonge indit navis. Unde idem Clemen. in c. 57. jubet fabricari ad modum navis veritus Orientem, ut ipsa forma adifici admoneat, esse nos in mundo tamquam in mari, quod fluctibus, & tempestatibus assidue agitur, quod navigari oportet ab his, qui ad portum salutis pervenire volunt. Exponit Gregorius l. 1. Mythog. c. 11. c. 25. fest. ult. Aldrete in antiq. hist. l. 2. c. 12. & nos latius illustrabimus in tit. de Ecclesia adificandi.

12 Exponitur Div. Clemen.

C A P U T XVI.

Honorius III. Episcopo a Assisensi.

Conquerente b oeconomio monasterii S. Benedicti montis c Sublatis, nobis innouit, quod tu iuribus Episcopaliibus non contentus, quae in Ecclesiis, seu d Capellis ejusdem monasterii debebas habere, a quibusdam eorum procuracionem exigis, quas ad dandum procuracionem minime sufficere proponebat, petens ut iure tuo contentus existens a molestacione dicarum Ecclesiarum super ceteris desisteres: postulans etiam, quod ad omnem litis materiam in posterum amputandam, specificares quae ratione juris e Episcopalis in eisdem Ecclesiis tibi competere. Quibusdam iuribus Episcopaliibus specificatis, hinc inde lis fuit super praemissis legitime contestata. Nos autem inspectis probationibus utriusque receptis, & quae ab utraque parte fuere proposita plenius intellectis, decernimus ut in Ecclesiis seu Capellis ad dictum f monasterium in diocesi Assisensi spectantibus habeas canonicam q obedientiam, subjectionem, reverentiam, b institutionem, & desitucionem, i correctionem, ac reformationem, censuram ecclesiasticam, iurisdictionem quoque causarum omnium ad forum Ecclesiae de iure spectantium, j penitentias, & k sacramentorum omnium, quae ab Episcopo recipienda sunt, collationem, synodum, & l synodatici, seu cathedralici nomine duos m solidos Lucentis monetae, quartam n decimationum, ac o mortuariorum, p visitationem quoque annuam: ita quod cum ad eas visitandas accesseris, q non amplius procuracionis nomine requiras ab eis, nisi quartam, quam pensatis facultatibus earumdem moderate poterint exhibere, nec plus ceteris Capellis ejusdem diocesis in procuracione ullatenus onerentur: & Ecclesiam S. Pauli de Assisa a procuracionis onere penitus revelamus. Tu autem his iuribus in praefatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas praeter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranensis Concilii, si manifesta, & r rationabilis causa extiterit, cum charitate est postulandum, sicut ab aliis Ecclesiis ejusdem diocesis necessitate temporis sustinemus.

NOTAE.

a Assisensi.) Ita legendum est, ut habetur in quinta collectione edita ab Innocentio Cironio. Assisium antiqua civitas est in Umbria, a fluvio Assis ita dicta, Romanorum municipium fuit, sub quorum imperio tandem fuit, quamvis Romanae Ecclesiae Constantinus Magnus liberaliter eam donavit: deinde Longobardorum barbara gens eam occupavit, atque in Ducatu Spoletano eam numeravit: deinceps ve-

ro Rom. Pontifices eam recuperant. Fidem Catholicam jam a temporibus Fabiani Pontificis, qui Rufinum episcopi primum Episcopum illic miserat, & Episcopum ordinaverat, amplexa est. Haece celebris civitas duo illa paupertatis portenta, Beatum videlicet Franciscum, & B. Clarem orbi dedit, ut magnis laudibus eam urbem extollentes referunt Vvadingus t. 1. annal. frat. Minor. & Ughellius t. 1. Italia sacra, in Assisensi Ecclesia. Hujus Ecclesiae Praefilius Vidonius appellato milla est praesens decimo: siquidem ipse electus fuit anno 1204.

no 1204. & decessit in exordio Pontificatus Gregorii IX. Ad hujus Praefilius genua humiliter factis provoluit magnus Franciscus de Assis illam nunquam latius decantatam repugnationem fecit, ut referunt Vvadingus & Ughellius ubi proxi-

b Oeconomia.) De oeconomio officio aliqua adduxi in c. 4. hoc tit. & nonnulla referam in c. unico de iudicio. c Sublatis.) Ita legendum existimat Petrus Greg. in presenti, qui confundit hoc monasterium cum celebri monasterio Casisensi, sed cum suppresso nomine resellit Cironius in hoc textu, qui legendum existimat Sublatis. Sed existimat legendum esse Sublatis, quod monasterium est Ordinis Cisterciensis D. Benedicto dicatum, in diocesi Assisensi, ut refert Tamburini in serie Abbat. verbo Assisio. d Capellis.) De quibus agemus in cap. 1. de capellis mona.

e Juris Episcopalis.) Episcopo alia competunt ex lege diocetana, alia ex lege jurisdictionali. Ex lege diocetana, spectant ad Episcopum omnia quae caput, ex lege jurisdictionali, omnia quae gerit, & administrat, ut notat Cironius ad hunc tit. in fine. f Monasterium.) Quod exemptum non erat. g Obsequentem.) Quam omnes Episcopo praestare debent, e. 1. ubi dicemus, de majori. & obed. & ipsi Abbates tempore infestationis praestant juramentum obedientiae Episcopis diocetanis, e. ne Dei 43. de simonia. Plura tradunt Bolquetus ad innot. l. 1. ep. 57. in fine, & l. 2. ep. 45. Juratus ad Evonem ep. 73. & nos in c. ne Dei, de simonia. h Institutionem.) Tam in beneficiis, quam capellis ipsius monasterii, etiam si electio ad monachos spectet, cap. 1. de capellis monach. ex ratione generali, quia videlicet institutio, & desinitio quilibet beneficii ecclesiastici, ad Episcopum spectat iure ordinario, ut probavi in c. cum satis, de officio Archidiaconi.

i Correctionem.) Tam in clericis, & laicis, ut probavi in c. 1. hoc tit. quam in monachis non exemptis, ut infra illustrabimus in a. grave, hoc tit. j Penitentias.) Ad Episcopum enim spectat penitentias injungere, ut probavi in c. 8. hoc tit. k Sacramentum.) Confirmationis videlicet, & ordinis, ut probavi in cap. quanto, de consuet. sup. 1. de ordinatis ab Episcopo.

l Synodatici, seu cathedralici.) Ex his verbis deducitur, idem esse cathedralicum, & synodaticum, eademque pensationem cathedralicam, & synodaticam nomine praestari, licet diversis nominibus appellentur. Ita docent Pet. Greg. in presenti, c. 15. Pilefacus etiam in presenti, Cironius ad tit. de consensu, & Coppinus l. 2. sacrae polit. tit. 7. n. 2. Hallierus de sacris elect. fest. 7. art. 7. Bolquetus ad innot. l. 1. ep. 20. Barb. l. 3. juris eccl. c. 30. n. 1. licet contrarium teneat Lemaitre l. 2. de iuribus Episc. c. 7. in principio. Sed resellendum ipse est, cum nullum adhaerent pro sua opinione iura testimonium, & pro communis sententia fiat quamplura infra referenda. Cathedralicum ergo est vestigial certum, quod veluti tributum nomine Ecclesiae matri praestatur in honorem Cathedralis Episcopalis, e. placuit, c. inter cetera l. 9. q. 2. pastoralis, cap. cum olim de consensu, Bolquetus in notis ad innot. l. 1. ep. 26. Lemaitre d. 2. c. 2. Solorzano t. 2. de iure Indiar. l. 2. c. 22. n. 39. quod successit in locum quartae decimarum, & oblationum, quam Episcopi recipiebant ex divisione bonorum facta a S. Simplicio, in c. videtur, e. quantum, c. de redditibus, l. 2. q. 2. existimat Pilefacus in presenti. Sed absque ratione, cum in presenti textu enumerentur ut diversa inter iura Episcopalia cathedralicum, quarta decimarum, & mortuariorum: sed quia hoc vestigial solvebatur ab Abbatibus quotannis ad Synodum venientibus, dicebatur etiam synodaticum, e. olim, de consensu; quia in synodis praestabatur illis anni duobus temporibus, quibus synodus congregari debebat. Conc. Altitodi. can. 7. Ut medio Maio omnes Presbyteri ad synodum in civitatem veniant, & Kal. Novembrii omnes Abbates ad Concilium conveniant. Et quia plerumque post Pascha Synodus congregabatur, haec praestatio dicebatur Paschalis, e. 15. de simonia, in 1. collect. notat Cironius ad tit. de consensu, & quia haec pensatio cathedralici, & synodatici incerta erat, ideo Patres Concilii. Bracharensis, can. 2. iuncti in d. c. placuit, eam taxarunt his verbis: Praeter honorem cathedrae, id est duos solidos, aliquid aliud per Ecclesiam tollat. Quam taxationem probatur Pelagus in epist. ad Crescentium, Gelasius in ep. ad Fabianum Episcopum, Patres Conc. Tolet. 7. can. 3. & Honorius in presenti. Cathedralicum etiam aliquando accipitur pro illa pecunia, quae ab Episcopis solvebatur Patriarchae, seu Metropolitanano tempore consecrationis, quod appellatur inthronificum; quia praestatur, eo quod in throno pontifici Episcopus, novella 123. Iustin. c. 5. ejus meminerit Lemaitre ubi sup. c. 3. Hallier. de sacris elect. fest. 7. art. 7. Bolquetus ad innot. l. 2. ep. 45. Pilefacus in presenti, §. 3. Pareta in c. 1. de consensu.

m Duos solidos.) Solidi frequens mentio est, tam in iure nostro, quam Caesareo, in nostro in epi qui continetur 17. qu. 4. c. illud, c. inter 10. q. 3. c. olim, de consensu, in Caesareo in l. si vero, ff. de his qui adhaerent. l. fructibus, Cod. de donat. lib.

Juliana: 2. C. de erogacione militaris annos, l. 12. l. 1. Si hoc autem, ff. de servis fugitivis, l. 42. ff. de aditio edictis, l. 24. ff. de iure fisci, lib. 2. Can. de Episc. c. cler. Solidum autem dictum est perfectius praeter ceteris monetae genus, nempe purissimi auri obryzi. Eius valor nec unus semper fuit. Apud Romanos erat sextula unciae auri, id est ex una auri uncia sex solidi constabantur, & 72. libram faciebant, l. quotiensunque, C. de Susceptoribus. Presbyteri, c. arcar. l. 12. Iudicior. l. 16. etymolog. c. 14. Harmaeopolis l. 3. ep. tit. 7. Budeus lib. 5. de arte, Alciarius l. 3. disp. 9. Covar. de veterum uncia constabantur septem solidi, & tunc 80. libram coaequantur, lib. 1. C. de ponder. Tribus. Apud Gallos aliquando solidum 12. denarios continebat, ut constat ex l. 5. Capitul. c. 3. ibi: De unaquaque castata solidus, id est duodecim denarii, ad Ecclesiam, vel monasterium reddantur. Modo apud ipsos 40. denarios pendebat, l. 4. tit. 75. Apud Venetos solidi argentei sunt, e. in causa, de causa possessionis, ubi notavit Cironius in 3. collect. apud Longobardos quilibet solidus aestimatur 40. denariis, l. 1. de quantitat. solidi, in iure Longobardorum, notavit Lindembrog. in Glossario legum antiq. verbo Solidus.

n Quartam decimationum.) Licet iure communi inspecto post divisionem parochiarum, & honorum Ecclesiae, decima illis parochiis debeatur, a quibus fideles sacramenta recipiunt, e. decimas, e. si quis laicus 16. qu. 1. c. fin. de parochiis, cap. a nobis, e. quantumvis, e. cum contingat, e. cum in tua, c. Apostolicus, de decimis, Suarez t. 4. de relig. tit. de decimis, c. 21. Barb. de officio parochi, c. 8. §. 2. Covar. l. 1. variare, c. 17. n. 3. Hunnius in encyclop. tit. de decimis, e. 4. Tamen ipsi parochi qui decimas percipiunt, quartam eorum partem Episcopis propriis praestabant, e. quantumvis 13. c. nullum, de decimis, e. consensu 26. l. 9. q. 2. Episcopi enim olim habebant plenam decimarum dispositionem, e. l. 16. q. 2. unde post divisionem parochiarum quartam decimarum partem retinebant, ut docent Barb. ubi sup. §. 2. n. 17. Basilius de matr. c. 13. §. 3. Valenzuela consil. 26. In Gallia portio ista erat quarta pars decimarum. Concil. Aurel. 1. can. 15. in Hispania vero erat tertia. Concil. Tolet. 4. can. 33. Tolet. 9. can. 6. Nec contrarium probat textus in can. 14. Covar. Aurel. 1. ubi docetur, Episcopum dimidiam partem decimarum sibi vindicare, nam textus ille accipiendus est de decimis, & oblationibus propriis Ecclesiae Cathedralis, ex quibus non quartam partem, ut ex aliis Ecclesiarum parochialium, sed dimidiam Episcopus exigebat.

o Mortuariorum.) De hac quarta Deo volente late agemus in c. officio, e. fin. de testam. De hac quarta, & aliis debitis Episcopo agit Alefferra l. 4. differ. c. 3.

p Visitacionem.) De visitacione, & procuracionibus ejus temporibus debitis, in suo loco agemus videlicet in c. procuraciones, e. cum Apostolus, de consensu.

q Non amplius.) Unde ab his capellis, seu Monasteriis Episcopus exigere non poterat obolias, quas a propriis Presbyteris accipere solebat, de quibus in Concilio Meldensi sub Carolo Calvo can. 45. (Debet Presbyterus cum voluntariis eulogis tempore congruissimo visitare, & venerari suos Episcopos.) Leo IV. epist. 2. ad Episcopos Britannia, ibi: De eulogiis ad sacra Concilia deferendis nihil impediunt a mortuariis terminantibus, sed sunt uniusque Presbyteri placuit, nam si constitutum fuerit, ille in tempora benedictionis offerat, sacras manus super ad synodum occurrentes, & magis vobis deestabunt: quae, ut arbitror, non sunt rationabiliter requirendae, nec ultra solata respondenda. Neque etiam petere poterant a monachis inquisitiones Regias, id est quandam pecuniam collationem, quam Episcopi accipiebant, ut Regibus darent, quarum inquisitionum Regiarum exemplum extat apud Armonium l. 5. hist. c. 35. "Exce- sitque uniusquique Episcopus de Presbyteris suae parochiae secundum quod possibile erat, ut a quo plurimum quinquae solidos, a quo minimum quatuor denarios Episcopi de singulis Presbyteris acciperent, & quantis dominicis redderent, rene." Et cum apud Gothos Episcopi ut amplam pecuniam quantitate Regi erogarent, a Parochiis, & aliis Presbyteris requirerent eam, & exigerent, Rex Egica libello oblato in Conc. Tol. 16. a Patribus petiit, ne huiusmodi inquisitiones Regiae fierent, in hac verba: "Hoc honorificentia vestra promulgare curabit, ut nemo Episcoporum pro Regis inquisitionibus exhibendis parochianum Ecclesiarum iura contingat, neque quascumque exinde inquisitiones, aut eversiones exigere audeat; sed de praedictis libram sedium Regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat, nisi hilque de rebus earumdem Parochiarum Ecclesiarum cuiuspiam stipendii causa dare praesumat." Quo libello lecto Patres in can. 5. ipsius Concilii statuerunt, nihil esse sumendum a Parochiis praerextu Regiarum inquisitionum.

r Et rationabili causa.) Verba sunt textus in c. cum Apostolus, de consensu, ubi materiam charitativi subsidii dabimus. Interim videndi iure Remigii de Gony de charitate subsidii, Barbola l. 3. juris eccl. c. 21. Lemaitre d. l. 3. de hered. hysp. c. 3. Petrus Greg. in presenti, c. ult. qui ad hujus textus commentariam adendum est.

UT juxta illius supremi post Christum Pastoris edictum, pastor forma factus gregis ex animo dignoscitur, non dominandi libidine, sed amore recte gerendi, debet illum salubriter visitare: sic excessus delinquentium quantum potest corripiens, ne revelet; sic incipiens, ne confundat; quia cum juxta sapientis edictum secreto fit arguens amicus, amicitiam legem violare videtur, si econtra palam arguat exprobandum. Attendentes igitur, quod indecens est, ut ven. f. n. Rhemensis Archiepiscopo in vos, vel monasterium vestrum visitationis officium exercente, facultatem auctoritate presentium firmiter inhibemus, ut nullos de cetero facultates in a capitulum, nisi duos, vel tres Canonicos de Canonice Ecclesie sue, in decenti habitu, viris aliis, quotquot expedire viderit, religiosis adjunctis, secum visitationis tempore introducat.

N O T E .

1 a S Remig. Est celebre Archimonasterium, ita appellatum, Divo Remigio Gallicæ Apostolo dicitur, in ipsa urbe Rhem. Flod. l. 2. c. 32. quod cum primum esset Canonico Regularium, postea monachis D. Benedicti traditum fuit. Ejus Ecclesia non tam reedificata, quam amplificata fuit, an. 107. & Len IX. eam consecravit, & concessit Archiepiscopo, & Canonicis Rhemensibus certis anni diebus Missam celebrare in altari D. Remigii, in sua Bulla, quam refert Ypes. t. 4. chron. D. Benedicti, centur. 4. an. 872. c. 3. in hac verba: (Leo Episcopus servus servorum Dei, Hincmaro Abbati, & omni congregationi monachorum D. Remigii, &c. Ex debito nostri Apostolatus post aliquas Ecclesias, quas zelo charitatis succensus visitavi, &c. ad hanc Ecclesiam B. Remigii dedicandam, de ecclesiasticis etiam causis tractaturus, & definiturus adveni, &c. Hæc igitur dedicata Ecclesia, placuit huic idoneæ, & laudabilis Apostolica auctoritate, & nostræ visitationis relinquere manibus. Delictis namque, & coram hac Synodo promulgamus, ut hæc Ecclesia hoc privilegium nostræ auctoritatis supra ceteras Franciæ Ecclesias habeat, quatenus nulla ecclesiastici ordinis, magna, vel parva persona in hoc altari, quod consecravimus, Missam celebrare præsumat, nisi Rhemorum Archiepiscopus, & hujus loci Abbas, & cui ipse licentiam concedet: permissa eadem licentia Canonici Rhemensis Ecclesie sui in anno, in Pascha scilicet, & in Rogationibus, & septem Presbyteris ad hoc officium deputatis, quos & scientia ornet, & morum gravitas, & vitæ probitas commendet. Præterea quia hæc Ecclesia ab iniquis pervertentibus, &c.) Hoc monasterium amplis donationibus ditatum, & magnis privilegiis decoratum, tam summi Ecclesie Præfates, quam Gallicæ Monarchæ, ut patet ex Bullis, & privilegiis compilatis a Ypes in dista. centur. 4. Hujus ergo monasterii Abbati Petro missa est prærens decisio, quæ etiam reperitur in quinta compilatione Honorii III. apud Cironium.

b Claustra. Pars illa cœnobii, seu habitationis Monachorum, quæ claustrum appellatur, jam in primis monachorum cœnobis usitata fuit: ejus mentio reperitur in antiquis Monachorum regulis, & in Conc. Tur. 3. c. 24. accurate cavetur, ut Abbates sollicite providant iis Canonicis, ut habeant claustra, & dormitoria. Idem sanxerunt PP. Conc. Trosleacensis can. 3. & in Conc. Aquilgr. 2. p. c. 15. jubetur, ut in monasteriis tam monachorum, quam monialium claustra edificentur: illustrat, pro instructio topographicæ, & tropologicæ exponit Benedictus Haaphtenus t. 1. dist. monast. tract. 3. dist. 2. Usus claustrum variis, multiplexque fuit apud priscos cœnobitas: aliquando lectioni deserviebat, ibique sacre Scripture exponerentur. Conc. Meldens. can. 53. Tam sani, quam infirmi canonicè visitantur, atque in claustris horis congruis degunt, & sub custodia canonice lectionibus, & ceteris divinis institutionibus insistunt officiis. In eo maiora superiorum exaudiebant. Conc. Mong. can. 9. ubi de claustris, & ejus usu PP. ajunt: & audiant, quod eis imperatur. Etiam ad confabulandum certis horis deserviebat, ut ex Lanfranco, & Petro venerabili refert Gibalini. de claustris monach. dist. 1. §. 2. c. 4.

c Inducantur. Licet enim aliqua lege ecclesiastica non reperiatur interdictum secularibus monachorum claustra adire, tamen juxta rectam monasticam disciplinam, & ut silentium in eis servetur, observatum semper invenio, ne passim, & sine delectu personarum, absque justa necessitate causa laici interiora monasterii ingredere: quare D. Isidorus c. 22. sua regula nullam intra monasterium ingredi permittit, nisi ea lege, ut deinceps nunquam pedem efferret. Item præscripserunt alii regulares monasterium conditores, in tuendo janitores, & hospitia prope ipsa monasteria, ut hospites advenientes ibi reciperent, ne usque ingrediendi, sicut aulicandi secreti monasterii daretur occasio. Concilium Cæsaraugust. can. 3. PP. decrevit sententia, ne monasteria diversorum secularium fiant. Unde quia novimus quosdam Abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dam quasi patrono affatu aditum secularibus in monasteriis attribuant, diversas insolentias monachis ibi Deo deservientibus ingerere, dum & eorum operationem, quod divina pietati placituros alacritate exhibent, deprehendunt; & vitam, & mores illorum quædam mentis pernicie infaulte detrahendo, deturpare non desinant; & iterum, quod pessimum est, dum extra-

neis passim commorandi aditus infra claustra monasterii conferunt, grave molestitium vitium monachorum, quod & vitam suam per lucra mundanilla seclantur degenerant, & le a proprio cœnobio voluptuosa seditate dissociant: quæ res ad hoc nostrorum paternæ pietatè demolevit animos, ut ea confirmamus, quæ & sanctis animabus juvenis solamen impendant, & præsumptiones secularium removeant. Quomobrem placuit univ. cœni nostro hoc ut struere, seu etiam vel ex permissa Abbatis, vel casualiter monachorum, infra claustra monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum: excepto quos vita probabiles, egenos, aut pauperitate depresso impediendo prævidere Abbatis, quos & filiosque benivolæ voluntate in monasteriis, & alendis elemosynis modis omnibus finimus. De reliquis autem personis secularibus (sicut jam superius a nobis est permittit) nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculum: Ceterum si secretis, aut sequestratis a monasterio, ad id quod constructum pro supererogationibus domitium fuerit, ibi eos suscipere Abbates, vel monachos oportebit, quatenus & vita eorum remotis locali conturbationibus, in omni opere desiccio probabili inveniantur, & nullis vanissimis distractionibus dehonestantur: aut certe (quod innohens est) ne per talium susceptionem dissolutionem incurrant, & a bono proposito vitam suam extorere efficiant.) De his hospitibus plura Gibalini t. 4. c. 2. §. 9.

d De Capitulum. Capitulum est certus locus monasterii, ubi monachi conveniunt, aut lectioni spirituali operam dantes, aut correctionem monasticam accipientes. Conc. Aquilgr. can. 69. c. 70. Ut ad Capitulum primum martyrologiæ legatur. Amalarius l. 4. de officio eccl. c. 2. Mor inolevis, ut per monasteria Dei devota legatur lectio in Capitulo. Unde locus ita dicitur, aut quia quotidie unum capitulum regule ibi legebatur, cujus moris meminit Fulgenius lib. 3. c. 12. Quædamque, quando in unum convenimus, & capitulum de regula eorum fratribus legebatur. Smaragdus in præfatione in dial. Monach. Et quia mos est monachorum, ut regulam B. Benedicti ad capitulum legant quotidie matutinam, volumus ut iste libellus ad eorum capitulum legatur, ut peritiam: vel quia in capitulo culparum fit proclamatio, & correctio, & accusatio peccatorum inveniuntur, indeque monacho capitulum fit, aut ille capitulum accipit, locum alius anonymi capitulum dicitur. Probat Benedictus Haaphtenus l. 8. dist. tr. 1. illud tamen liquido constat, eo in loco convenire solitos monachos, ad correctionem deservientium, & capulum: late illustrat Haaphtenus d. prop. 1. ubi late de hac correctione, & modo in ea observando, pro instructio Prælatorum agit. Cum ergo capitulum in monasterio fit locus proprius correctioni, ideo Episcopus visitans monasterium, in quo jurisdictionem habet, debet monachos corrigere, & visitare in capitulo, ut hic supponitur.

e Duos, aut tres. Cap. de cetero, c. ad audiendum, de clericis non resid. ita enim habent legitimum numerum ad fornicandum, iudicium visitationis, juxta illud Joannis c. 8. In ore duorum, vel trium, &c. Unde etiam in visitatione Ecclesiarum secularium debet Episcopus procedere cum certo canonicorum numero. Extravaganti 1. inter communes, hoc tit. Trid. s. 24. de reform. c. 3. Etiam in visitatione monialium. Clementina Attendentes, de statu monach. non tamen debet secum deducere laicos in visitatione regularium, ut in præfati docetur, ne laici ingrediantur intra septa monasterii, præcipue in loco sanctiori. Unde D. Bernardus ep. 78. gratulari Sugerio Abbati B. Dionisi, qui laicos in monasterio non admittet, ibi; Jam nullus secularibus in domum Dei parat aditus, nullas ad sancta curias accessus, nulla jam cum otiosis confabulatio permittitur. Deinde quia si laicales admittentur cum Archiepiscopo visitante, essent censores disciplina monasticæ, & perlectionis religiosæ; quis autem, quæ in visitatione peraguntur, referat ad laicos, quorum vita ita deo religiosa, & sancta eorum a terra? Pulchre utriusque vitæ dissimilitudinem describit Anastasius Nicenus l. questionum in sacra Scriptura. p. 2. q. 5. his verbis: Que recte peraguntur a secularibus, sunt delicta monachorum. Sunt autem que geruntur a secularibus diversa, & gloria, & potentia, & delicta, & caro recta curata, & liberi, & familia, ad que cum pervenerit monachus, illico moritur: quæ autem a monacho recte geruntur, sunt nihil possidero, ignobilitas, imbecillitas, continentia, assidua, & similia. Recte ergo in præfati dicitur, Prælatum visitantem monachos non debere secum deducere laicos personas.

Dilectus filius Abbas monasterii Rothomensis Venet. diocesis exposuit coram nobis, quod e tertia pars emendatarum, quas homines f quinque parochiarum, quæ sui conventus sunt usibus destinata, pro suis excessibus solvere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo; & quod inter ipsos homines orta ecclesiastica questione, citatio ad eundem, sed examinatio, & decisio questionis ad ven. f. n. Venet. Episcopum, & ipsam Abbatem pertinent in communi. Cumque felicis memorie Innocentius Papa prædecessor noster, conquirente ipso Abbate, quod præfatus Episcopus super hoc inquietabat eundem, vobis de assensu cartium dederit in mandatis, ut vocatis partibus, & auditis hinc inde propositis, causam remitteretis ad ipsum sufficienter instructam, dictis Episcopo processum nostrum diutius impeditivo occasione justas sententiæ, quæ super quibusdam Ecclesiis quoad legem diocesis exiit promulgata pro eodem. Unde præfatus Abbas nobis humiliter supplicavit, ut cum citatio, & causam examinatio, & decisio, ac emenda ad legem jurisdictionis pertinere noscantur, non inieremus sententiæ memoratæ prætextu negotii processum ulterius impediri. Cum ergo prædicta proculdubio de lege jurisdictionis existant, dicitur, v. m. quatenus hujusmodi sententiæ non obstante, procedatis in negotio ipso juxta traditam vobis formam.

N O T E .

1 Rothom. In sexta collectio Decretalium legitur Briocen. & Archidiacon. Rothom. in quinta autem collectio edita ab Innocentio Cironio ita habetur: Episcopo Briocen. & Abbati b Sagenio, & Archidiacon. Rothom. Ego autem ita legendum existimabam, Episcopo Briocen. & Abbati S. Sergii, & Archidiacono c Rothom. Hæc enim inscriptio, & textus historice, & provinciæ topographiæ, ubi situm est monasterium Rothomense, aptius congruit. Civitas enim Briocenensis, sive Briocopolis, est in provincia Turonensi, suffraganea Archiepiscopi Turonensis, cui etiam parv. Venetensis: dicta est Briocensis a sancto Brioco primo episcopo, qui & civitatis, & diocesis nomen dedit. Hujus Ecclesie Præfati Sylvestro dicto missa est hæc decisio, de quo aliqua tradit Chenu in serie Præfatum ipsius Ecclesie.

2 s. Sergii. Monasterium hoc S. Sergii est Ordinis Divi Augustini, ut testatur Tamburini in serie Abbatiarum, verbo Andegavensium: etiam in eadem diocesi est monasterium sanctorum Sergii & Bacchi martyrum, Ordinis Divi Benedicti, de quo plura adduxerunt Fratres Sarmatani tom. 4. Gallia Christi. fol. 820. sed, nisi fallor, de Abbate S. Sergii in præfati agitur.

3 c Rothom. Redonensis etiam Ecclesia est suffraganea Archiepiscopi Turonensis, Sedes Parlamentum Britannicæ Armoricæ, prope ipsam civitatem Venetensem: quare aliquando ex Ecclesia Redonensis eligitur Episcopus Venetensis, ut assumptus fuit Guethocus per annos 1177. ut refert Chenu in serie Præfatum Venetens. num. 45. Legendum igitur est, Rothom. non Redonens. ut vult Cironius; nequam enim legi in provincia Turonensi esse aliquam villam, seu Ecclesiam Redonensem.

4 d Rothomensis. Ita legendum est, non Rothomagensis, ut legitur in hac sexta Decretalium collectio. Est enim monasterium hoc S. Salvatoris Rothomense, in diocesi Venetensi, Ordinis Divi Benedicti, constructum a Beato Comboyono, qui illud construxit anno 855. Cujus monasterii Abbati rescriptis Innocentius in c. cum venisset, de integrum restit. ubi agit de ipsius exemptione a jurisdictione Venetensi Præfatis; & apud Innocentium III. l. 1. rescript. 14. ep. 7. ubi notavit Bonavent. De Michæe episc. Abbat. in præfati agitur, & plura de ipsius monasterii origine, & amplitudine congregant Fratres Sarmatani t. 4. Gallia Christi. fol. 802.

5 e Tertia pars emendatarum. Emenda est pena pecuniaria, quæ ob delictum perpetratum imponitur: differt a multa in eo, quod multa applicatur Judici, aut Principi Pisco; emenda vero parti. Speculum Saxonicum l. 1. art. 53. Et in alio omnibus, quoad emendam parte adversa emendam, id est satisfactionem acquiritur super emendato, iudex etiam nullam elevabit. Innocentio III. lib. 1. ep. 8. Ob reverentiam vestram condemnare emendam potius erat: notatur Lindembrogus in Glossario legum antiquarum verbo Emenda, Vellus de vitis serm. lib. 3. c. 11. verbo Emendare: Emenda tributur parti lætæ, & si non fit pars læta, Ecclesie, cujus Parochianus lætus erat, cap. 2. de paroch. Petrus Gregor. lib. 4. part. tit. 13. c. fin. n. 4. Capitulum Caroli c. 15. Bignonius in notis ad Marculum, pag. 491. c. 570. Consequens tamen introducendum erat, ut in Ecclesia Briocenensi tertia pars emendatarum ad monasterium Rothomense spectaret, ut in huius textum fere allegabatur.

6 f Quinque parochiarum. Sex autem Parochiales Ecclesias sibi subiectas obtinebat monasterium de Rothom, si ipsa Ecclesia, ubi constructum erat monasterium, enumeretur: eas refert Innoh. III. in d. ep. 7. ibi: Tibi sex Ecclesie monasterii præfati, quarum unam percipies in parochia, si Ecclesia de Rothom, aliam in Ecclesia de S. Godoalo, aliam in Ecclesia de Bani, ac aliam in Ecclesia de Langon: ita videlicet, quod Abbas, & Priores Ecclesiarum ipsarum tres partes, & capellani quartam partem in procuratoribus ipsis ponant, & a duabus Ecclesiis, scilicet de Brim, & S. Petri de Rothom quatuor solidos pro singulari procuratoribus ad subventionem suam recipiant Capellani, c. Coniugium sententia. Quæ exeat in dicta ep. 7. in illis verbis: Monasterium supradictum in capite liberum, & a tua jurisdictione proliis exemptum, decemdecim Parochiales Ecclesie ejus, quæ minime probantur exemptæ, tibi decemdecim lege subiectas, v. l. n. Archiepiscopo Turonensi, & dilecto filio Abbati Salmuriensi, Andegavensium diocesis,

& Magistro scholarum Andegaven. nostris dantes litteras in mandatis, ut quod a nobis est sententiale definitum, faciant appellatione remota firmiter observari, contrarietate res per centuram ecclesiasticam compellendo. Quia vero ipsæ Parochiales Ecclesie in procuracione ab antedictis Episcopis prætaxata, nimis, sicut alienitur, aggravantur, ipsis infamimus, ut si constaret eisdem procuracionem ipsam prædictis Ecclesiis existeret onerosam, nisi tu ab ipsis communiter ad æquum volueris condescendere moderamen, ipsi pensatis facultatibus earumdem, procurent eam, sublatò appellationis obstaculo, moderari: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ definitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc, &c. usque incursum. Datum Lateran. 3. nonas Martii, Pontificatus nostri anno 13.

C O M M E N T A R I U M .

Pro hujus textus expositione ejus vera historia repetenda est. Sciendum igitur est, inter Episcopum Venetensem, & Monasterium Rothomense acriter fuisse disceptatum circa subjectionem quarundam Ecclesiarum ad ipsum Monasterium pertinentium quoad legem diocesanam, influentium videlicet capellanatum in eis, jus exigendi procuraciones, & visitandi: cuius controversie decisio primo commissa fuit Sancti Georgii, & Sergii Abbatibus, ut constat ex c. cum venisset, de integrum restit. cap. cum venisset, de censibus. Postea compromissum fecerunt in Episcopos Briocenensem & Nannetensem, a quorum sententiæ appellatum fuit ad Cardinalem G. tiulli S. Marie in Porticu: tandem Innoh. III. declaravit, prædictas parochias quoad legem diocesanam parere Episcopo Venetensi, & illius sententiæ executionem commisit Archiepiscopo Turonensi, Abbati Salmuriensi, & Magistro Schol. Andegaven. Hujus sententiæ prætextu Episcopus intendebat etiam quoad legem jurisdictionalem ei parere debere, quia lex diocæana comprehendit sub se legem jurisdictionalem, c. auditis, de prescript. Concilium Ilberdense canon. 3. ubi diocæana lex comprehendit jurisdictionem, quam Episcopi habent in omnibus basilicis constructis in propriis territoriis. Sed Honorius III. in præfati contrarium deservit, & recte; quia licet in lata significatione, & acceptance lex diocæana comprehendat legem jurisdictionalem; proprie tamen, & strictè eam non complectitur, quia alia est lex diocæana, alia jurisdictionalis, ut supponitur in c. conquirente, hoc tit. Unde cum res iudicata in una res, non inducat iudicium in alia, l. postea, ff. de re iudicata, c. Solorzano, c. fin. hoc tit. ideo etiam post sententiam prolatam in favorem Episcopi quoad legem diocæanam, potest quoad legem jurisdictionalem tractari, quia diversæ res est: quo modo etiam accipiendi sunt textus in lege habebat 13. ff. de iustit. ait. l. 1. §. quæritur, ff. quando actio de pecul. 42. ff. de liberti. causa.

Supersit tantum ut exponamus, quid per legem diocæanam, quid vero per jurisdictionalem intelligamus in præfati, & in iuribus supra citatis, ubi utriusque legis mentio fit. Et Glossa in præfati, quam sequuntur Imola hic, Cironius in part. 1. huius tituli, existimant, omnia ea, quæ in dando, seu faciendi consistunt, spectare ad legem jurisdictionis, ut jus visitandi, correctio morum, sacramentorum collatio, & similia, quæ recentur in d. c. conquirente, a principio usque ad versic. Synodum. Illa vero, quæ in recipiendo consistunt, spectare ad legem diocæanam, ut percipere cathedraticum, synodaticum, procuraciones, &c. Eos legitur Bruno Chalfaino de privilegiis Regul. p. 2. c. 1. ubi ait, parere, ad ea quæ sunt jurisdictionis spectare: pacti vero ad legem diocæanam. Sed hæc distinctio præterquam quod nullo iuris testimonio firmatur, restituitur ex eo, nam obedientia, & reverentia Episcopis debetur constitunt in recipiendo, & nihilominus spectant ad legem jurisdictionis, c. dilecta, c. hie, que de martiri, & obid. igitur prædicta distinctio vera non est. Omnis igitur hæc, & alia duabus sententiis, quas refert & restituit Cæsar de ecclesiast. hierarch. 1. p. dist. 6. §. ult. & alia tradita ab Azorio 2. p. dist. mor. l. 3. c. 32. dicendum est, legem in præfati textu, & aliis supra citatis accipi pro ratione jurisdictionis ita ut illa quæ spectant ad Episcopum ratione jurisdictionis Episcopalis, dicantur pertinere ex lege jurisdictionalis, & sic similiter ex lege diocæana, quæ ratione diocesis spectant ad Episcopum: igitur ad Episcopos alia pertinent ex eo tantum, quod sunt Episcopi; alia etiam ex eo, quia habent diocæ-